Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35428
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



10.

esse uestimenta clericorum · in quibus nichil notari possit nouitatis. nichil uanitatis. nichil superfluitatis · nichil qd' pertineat ad superbiam · et aduanam gloriam Ieronimus Non tenua uestis sed munditia mentis ornatum facit clericum · Oremus et nos os spiritalibus ornamentis scilicet castitate et humilitate · mansuetudine et obedientia · patientia · caritate · quo deo placere studeamus. Hec n. sunt mundum potest celesti imperatori placere Nec enim exteriore sed interiore pulcritudine requirit tu quo aia
inuisibilis sponsus · sicut scriptum est · Omnis gloria eius filie regis abintus Ne ergo diuitie nisi pulcritudo · bni mores sint Et beata anima illa · cui dicit · in christi cantico Qua pulchra es amica mea · et macula non est in te Studeamus ergo inuisibili deo placere · non uestibus sed moribus · ut impleatur in nobis · qd' paulus precepit · Nolite conformari huic seculo sed reformamini in nouitate sensus uri Et si ei exterior homo ni corrumpitur · interior tamen renouatur de die in diem Deinde subiungit dem cessu statu habitu · et ceteris motibus · dicens · Quando predicis simul am
Sicut perfectorum Tribulate · ai ueneritis quo — iris · simul state /
ecclesia non solum floret honore religionis · sed etiam honestatis pollet decore · sicut scriptum est · Flores mei fructus honoris et honestatis · Religiosum quippe et honestum est · ut sicut simul habitant fres · ita quoque simul ambulent · et simul stent · Et apostolus precipit · ut omnia honeste et secundum ordinem fiant · Potest quippe in hac corporali coniunctione · aliquid spirale intelligi Sanctorum quippe societas · terribilis ut castrorum acies ordinata · Describitur Castrorum namque acies · cum ad bellum se preparat · prius se iungere atque ordinare festinat · ne ab hostibus interrumpi atque penetrari ualeat · Sic mirum nisi spiritalis acies · que bene iuncta · et ordinata · simul ambulare · simul stare precipitur · contra diabolum mundi · ad bellandum · ut uideliet · ex sua coniunctione · terreat antiquum hostem · qui inferus dei · nichil tantum timet · quam concordie unitate · Sed ualde notandum est · qd' dicitur / In omnibus moribus uris nichil fiat · qd' cuiusquam offendat aspectum · sed qd' uiri deceat sanctitate Sic debent uiuere canonici · ut a nemine iuste ualeant reprehendi Valde enim inconuenientum est · ut ipi reprehensibiliter uiuant · quorum ordo exigit · ut ceteris forma sanctitatis ostendant · Nam ad eos precipue hoc uox pertinet · qua dicitur · Estote sancti · sicut et ego sanctus sum · Vere sancti esse debemus · qui nomine et habitu religionis et sanctitatis suscepimus · qui diuino cultui sumus mancipati · sacris quoque altaribus xpi consecrati · et diuinis mysteriis ordinati · Ergo sic nos existimet homo · ut ministros xpi · et dispensatores mysteriorum dei Non precipit apostolus · ut ita simus tm · sed sic nos inquit existimet homo Non enim sufficit nobis uita sancta · nisi sit et fama bona Nam